

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

S ante Y

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

**Syagra**, *Syagra*, *σύνερα*, Regio Siciliae prope Adum & Laerten, à suum venatione (ut ex nominis compositione apparet) appellata.

**Syagros**, *σύνερος*, Germ. Ein Schindl. ] Casis nomen est apud Sophoclem, à suum venatione impositum. & Graecis ite Syagros, aprum, seu suem sylvestrem significat.

**Syagrón**, *σύνερος*, Extremum Arabiae felicitis promontorium, ad mare rubrum: cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 23, & 28, & Prolemæus Tabula Asiae sexta.

**Sybaris**, *σύνερος* Stephano, Magnae Graeciae oppidum, inter Crathia & Sybarin amnes, ab Achivis conditum, qui post Trojae excidium vi tempestatis eò fuerit appulsi. Huius olim tanta fuit potentia, ut quaternas proximas rexerit gentes, & quinque & viginti urbes suo subdidit imperio, & contra Crotonatas trecenta hominum millia armavit. Autor Strab. libro 6. & Est & Sybaris (ut jam diximus) fluvii nomen juxta urbem ejuſdem nominis, à cuius incolis submovent greges: live quoddam pecora stercoramentis exagitet, ut visum est Straboni: live quoddam vellera nigrore inficiat, quum Crathis vicinus amnis candorem eis inducat, ut tradit Plin. lib. 31. cap. 2. & Est item Sybaris adoleſcentis nomen apud Horat. libro 1. Carm. Ode 8. Lydia die, per omnes Te deos oro Sybarim cur properas amando perdere.

**Sybaritæ**, *σύνεροι*. Populi fuerunt ingeniosissimi omnium voluptatum architecti, omnique deliciarum genere adeo effeminati, ut Sybaritica mensa in proverbium abiit. Traditur huius fuisse consuetudinem, ut convivas in proximum annum invitarent, ne spatium interim decisset, aut convivatori conquiritis terra, marique delicias epulas instruendi, aut convivis ipsius corpus auro, gemmisque exornandi. Hi postmodum adversus Crotonatas bello suscepto, quum trecenta hominum millia in acie deduxissent, turpissimè tamen victi, unaque cum urbe sua sunt delicti.

**Sybaritidis**, *σύνερος*, Patronymicum foemininum à Sybaritis populi formatum. Ovid. de Trist. ad Augustum: Nec qui copulavit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ovidius, opus Hemithionis cuiusdam cinardi de generibus voluptatum, & oblectamentorum deliciarum.

**Sybotæ**, *σύνεροι*, pen. corr. Stephano, Insula est ante Leucadiam, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

**Sycaminon**, *σύνερος*, Oppidum fuit in ora Phoenices, cuius iura atque nihil præter memoriam extitisse, auctores sunt Plin. lib. 5. cap. 19, & Strab. lib. 16. & Sycaminon item Græcis motum appellant, arbor tamen ipsam Sycamineam, *σύνερος*.

**Syce**, *σύνερος*, Insula est Asiae adiacens, non procul ab Epheso, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

**Sychæus**. Vide supra SYCHAEVS.

**Sycoris**, Plin. lib. 3. cap. 3. fluvius Hispaniae, juxta Herdenſer, dicitur ad eum gentes. Lucan. Hesperios inter Sycoris non ultima amnes. Vide SICORIS.

**Sycus**, *σύνερος*, Insula est in mari Aegæo, ante Ephesum: de qua Plin. lib. 31. cap. 5.

**Syderis**, Fluvius in sinibus Caspiorum & Hyrcanorum, à cuius ostio Caspium mare nomine amisso, Hyrcanum, incipit appellari. Autor Plin. lib. 6. cap. 16.

**Sydera**, *σύνερος*, Oppidum est Iſcariae, quae est regio Asiae, media inter Ciliam & Pamphyliam, Steph.

**Syene**, *σύνερος*, Vulgo Gageera. Ger. Ein Stat in Aegypten vnder dem Reys Ertze getogen jeh Gageera. ] Vrbis in cõfinibus Aethiopiae atque Aegypti, non procul à Nilo, supra Alexandria, versus Meridiem quinque millibus stadiorum, sub tropico Cancris directè locata: unde sole existente in Cancro, medio solstitii die supra verticem civitatis nullam proſus in ea umbram jacit, ait Plin. libro 2. cap. 73. Lucan. lib. 2. umbras nulquam ſtudente Syene.

**Sygaros**, *σύνερος*, Insula est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atque aliunde importati circa littora errantes moriuntur. Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

**Sylla**, per simplex l, Mons Lucaniae, sylvam habet ejusdem nominis, Jano cinis crebris infamis. Vnde & nomen accepisse videtur, *σύνερος*, quod est præditi. Salustius de fugitivis: In sylvâ (inquit) Sylla fuerunt. Virg. 12. Aen. Ac velut ingenti Sylla, summoque Taburno, Quum duo, &c.

**Sylla**, duplicato l, *σύνερος*. Fuit Romanus nobilis, teste Salustio, & ex antiqua Scipionum familia originae duxit. Hic in adoleſcentia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, usque ad Quæſturam, quâ sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem penitus commutavit. Literis Græcis & Latinis bene traditus fuit, facundus, acer, astutus, glorie cupidus, sui securus, pecunie maxime largitor, animo grandis: adeo ut de illo dubitari potuerit (inquit Salust.) fortiorne an foelicior esset. Missus à Mario ad Boccium regem legatus, lugurthâ victum retulit. Deinde & Mithridatè Asiâ crudelissimè vastantem compescuit: foelicis belli ludus re-

preſſit: Cinnæ dominatione fregit: & Mariû, qui olim se Quæſtore fastidierat, ipsam illam provinciam proſcriptum & exulem coegit petere. Dictator deinde effectus, ita Republicâ oppressit, ut teste Cic. in Verr. nemo illo invito, nec bona, nec patriâ, nec vitam retinere posset. Postmodum Repub. cõstituta, Dictatoris depositus, & privatus Puteolos cõcessit: ubi & pediculari morbo perit. Quapropter Cæsar lullius dicere conſuevit, illum literas nescivisse: quia dictaturâ deposuisset, ut scribit Tranquillus. Syllæ autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Appellatus est enim Sybilla qui ex Sybillinis libris primò sacra fecit: cuius posteri duabus sublati literis, Syllæ sunt appellati: Et quum is, qui primus Sylla appellatus est, flavo & compto capillo fuerit, similes Syllæ sunt appellati. Inde profectum ut effeminati in ludo, Sylli dicerentur. Sospater lib. 1.

**Syllanion**, *σύνερος*, Statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

**Syloſon**, *σύνερος*, Polycratis Samiorum tyranni frater, qui quum Dario Hyſtaſpis filio vestè quâ ferebat, aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneris tyrannidè dono accepit. In qua administranda crudelissimè se se gessit, atriam civibus exhaustis. Vnde tractum est proverbium: *σύνερος* *σύνερος* *σύνερος*. Hoc est, Syloſontis opera facta est loci amplitudo.

**Sylvanus**, [Ger. Der Waldgott Pan.] Sylvanum Deum, qui Cypanisum puerum in deliciis habuisse dicitur, eundemque in arborem sui nominis: hoc est, in cupressum transformatum. Fabulantur enim Poetæ, Cypanisum cervam habuisse mansuetam, eamque unice adamasse, quam quum Sylvanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cuius mortem ægredieris Sylvanus, in arbore cupressum eum commutavit, quam amatu delictio semper dicitur circumferre. Quidam Sylvanum eundem esse putant cum Pane, Virg. Georg. lib. 1. Georg. manifestè eos distinguit. Nam quum dixisset: Pan ovium cultos, &c. interjecta deinde Minervæ, & Triptolemi mentione, subdit tandem: Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum. Quem locum explicans Servius: Publica (inquit) cætemoniarum opinio hoc habet, pecorum & agrorum Deum esse Sylvanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse *σύνερος* *σύνερος* *σύνερος*. Deum vero idem. Vnde autem est sex omnium elementorum: id est, ignis, sordidior, & aer, item & aqua, & terra, sordidiora unde cuncta procreantur. Quam *σύνερος* Latini materiam appellaverunt: nec incongruè, quum materiae sylvanæ sint. Ergo quem Græci à toto, Latini à parte dixerunt. Hæc ille. Plinius libro 12. capite 1: Quin & Sylvanos, Faunosque, & deorum genera sylvæ ac sua nomina tanquam cæleſtibus attributa credimus.

**Sylvia**, quæ & Rheia, & Ilia, Numitoris filia, quæ à Marte concepta (ut Romani credi voluerunt) Romulû peperit, & Remû, urbis Romanæ conditores. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe. & Est & Sylvia apud Virg. 7. Aen. nomen sororis Thyſcher partibus regi armenû, cuius cervus mâſuerus à Trojanis vulneratus, initium præbuit belli inter Latinos, & Trojanos advenas.

**Sylvius**, Aſcanii filius, Acneq nepos: ita dicto quod casu quodam in sylvâ natus esset: à quo deinceps Albanorum Reges omnes Sylvii dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Aegyptiorum Reges, Ptolemæi: Parthorum, Artaces. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe.

**Symæ**, live Syme, *σύνερος*, Insula est Cariæ adiacens, portum habens clausum tremibus aptum, & navale navium viginti. Autor Strabo lib. 14.

**Symæchis**, *σύνερος*, Fluvius Siciliae, non longè ab Actua, qui (ut ait Strabo lib. 6.) agrum Caræneam irrigat.

**Symæthia**, *σύνερος*, um, adjectivum. Virg. 9. Aen. Eductum Mattis luto Symæthia circum Flumina.

**Symbari**, Populi feri, inter Arabiae montes & Nilum incolentes, elephantumque venatu visitantes. Autor Plin. lib. 6. ca. 31.

**Symæ**, *σύνερος*, Insula Cariæ adiacens, medio scèdè spatio inter Rhodum & Gnidum, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31. Vide supra in dictione SYMA.

**Symmachus**, pen. corr. *σύνερος*, Proprium nomen oratoris cuiusdam Romani, qui missus fuit à Senatu Constantiaopolim, ad Theodosium liberum, rogatum ut Vestales à Christianis destrui minime pateretur. Cuius rei gratia putabant se adventu multa à deo esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminerunt, acerrimè confutaverunt. Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres, doctissime partim synæta: cuius meminit Iusebius. & Græcis alioqui *σύνερος* belli socium significat, quemadmodum & *σύνερος* belli societatem.

**Symplegades**, penult corrept. *σύνερος*, quæ & Cyaneæ, insulae duæ sunt, live potius scopuli trans Bosphorum Thracicum, in ipſo Ponti Euxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modico autem inter se disteret intervallo, ut ex adverso quidem intrantibus geminae cernantur, paulum vero deflecta acie, cõcurrentium speciem præbent. Quo-



num. arenamq. & laxa ingentia fluctus trahunt: ita facies lo-
corum cum ventis simul mutatur. Hæc Salustius. ¶ Sunt & in
terra Syrtis in eadem Africa, vento Arenas excitante, & proxi-
ma quæq; openness. Vnde Solinus ait, in locis, quâ-
vis terra iter faciente, cursum sideribus regere. Nam arenas
cumuli vëto agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum
in mari, nunc agere sublimi faciunt, quæ prius deside-
bant, nunc vallibus profunda, quæ prius excelsa erant, deniq;
procellarum ritu arenæ exagitantur, sicutiq; faciunt terrestrè,
paria cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, undine
an arena quis obruatur. Hæc Solinus.

Syrus, priore product. ¶ Stephano, insula Ionie, Asiae regi-
oni appollita, à qua Phœcides Syrius ortum habuit, non à
Syria regione. ¶ Scyrus verò, in Thraciæ ascripta est, ut
Scabo & Plinius testantur. Vide suo loco.

Syrus, a. um, deo nominativum ut Mala Syrica. Colum. libro 5,
cap. 10: Præterea malorum genera exquirenda, maxime Scan-
diana, Syrica.

T



**T**abæ, Tabarum, in Ciliciæ, ut ait Plin.
libro 5, capite 27. ¶ Stephanus Tabas alias col-
locat in Lydia, item alias in Caria, & alias in
Paria.

**T**abireni, ut apud Pomponium legitur, sive
potius Tabareni, in Stephano quo pacto etiam apud
Strabonem, & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Cha-
lydibus proximi, adeo religiosi iustitæ custodes, ut prius præ-
lio non congregiantur, quam diem, locum & horam, ex fide
hosti denuntiant. Quæ mulier partu liberatur, vir in lectulo
tanquam pueri autem decumbit, eumq; ut puerperam effœra
uxor curat, ut ex Nymphodoro Calius annotavit. Valerius
Flaccus lib. 5, inde Genetrix rupem Iovis, hic Tabarenum, de
vincta post terga lacus: ubi deside mitra Fœta ligat, partuq;
vires foet ipsa soluto.

**T**abis, in Stephano, Mons Scythiæ, mari incumbens, non
procul à Serum regione. Auctor Plinius libro 6, capite 27.

**T**abor, in medio Galiliæ, rotundus ac sublimis.
**T**abræca, in Africa, oppidum est Africae minoris, ut Pomponio
placet. Nam à Plinio Numidia ascripta. Silius Sabatru nom-
inat lib. 3, Sabatru tum Tyrium vulgus. Alii Tabiracum:
quod minime miru est. Barbara enim vocabula & incerta sunt,
nec semper eodem sono utraque lingua efferi consueverunt,
ut Hermolaus scribit.

**T**aburnus, Mons Campaniæ olivetis abundans. Virgilius 2,
Georgic. iuvat ifinara Baccho Conferere, atq; olea magnâ
vestire Taburnum.

**T**acape, es, sive Tacapa, in Africa proprie-
dita, non procul à minore Syria: de cujus agri fertilitate ita
scribit Plin. lib. 16, cap. 22: Civitas Africae in mediis arenis, per-
tibus Syrtis, Leptinæ, magnam, vocatur Tacape, feraci su-
pra omne miraculum riguo solo, tenuis ferè millibus passu-
in omnem partem fons avundat, largus quidem, sed certis ho-
raram spatibus dispensatis inter accolas. Palmæ ibi præstanti
subditur olea, huic ficus, hæc punica, illi vitis: sub vine feritur
fumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno,
omnia aliena umbra algunt. Super omnia est, bisertam vitem
bis anno vindemiarè. Et nisi multiplici partu extirnetur uber-
tat, pereunt luxuria singuli fructus.

**T**acitus, Cornel. sub Adriano principe orator clarissimus,
æqualis ac familiaris Plinio junioris, Belgicæ Gallicæ ratio-
nes procuravit: ad Vespasianus usque pervenit, ab hisque
honoribus evectus, historiam principum conscripsit ab Au-
gusto usque ad Adrianum, quæ ad nos haud integra per-
venit. Hanc igitur non vitas Imperatorum ausus inscribere,
sed tantum diurnales actiones, quæ medium inter histo-
riam & vitas tenebant. Scripsit & de claris Oratoribus, Ci-
ceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præ-
terea vitam Agricolæ sacri sui: & de moribus ac situ Ger-
maniae, stylo tum presso & eleganti, tum arguto & senten-
tioso: in cætera verò historia aliquantulo sublimior. Scri-
bit Flavius Vopiscus hunc auctorem tanquam è suis progeni-
toribus, Tacitum imperatorem quotannis decies desubi-
bi, ac liber periret, eumque in omnibus bibliothecis adpo-
ni iussisse. Tertullianus autem hoster eum mendaciorum lo-
quentissimum appellat: propterea quod iniquissimum sese
in scriptis suis, falsissimumque de Christiana religione iudi-
cem præbuerit.

**T**acola, in India, Emponium amplissimum Indiae extra Gan-
gem, in aurea Cherrhonneso, cujus meminit Ptolem. libro 7,
capite 2. Hodie Malacha dici creditur, à Lusitanis nostra ætate
vi subacta: quod testatur epistola Emanuelis Regis ad Leo-
nem decimum.

**T**ænaris, & in plurali numero Tænara, pen. corr. *Tænaris*,
Vulgò Cabo Metapan. Germ. En danda est viden am Beigeburg.
Males bey der Statu Lacedæmon gelegen in weidum em tieffe tufft ist
weidie die Alton den abgang in die Hell gemonet haben. ¶ Promontori-
um est Laconicæ regionis, circa medium meridionalis late-
ris Peloponnesi, quam longissimè in mare procurrentis, oppi-
dum habens ejusdem nominis. *Tænaris* (inquit Suidas) in gre-
goris *Λακωνικῆς*, et *ἡ ἐπιπέδου ἢ ἡ ἐπιπέδου ἢ ἡ ἐπιπέδου*. *Προμύ-
νη* ἢ *ἡ ἐπιπέδου ἢ ἡ ἐπιπέδου ἢ ἡ ἐπιπέδου*. *ἡ ἐπιπέδου ἢ ἡ ἐπιπέδου ἢ ἡ ἐπιπέδου*.
Id est, Tæ-
narum promontorium Laconicæ, in quo fauces erant ad infe-
ros deducentes, ubi & Neptuni præsidis templum illic suppli-
cantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmonii
interfecerunt. Circa Tænarum antrū ostendebatur, per quod
Herculem ab inferis rediisse Poeta fabulansunt, Cerberum-
que vincitum ad superos traxisse. Vulgoque creditum est eas
inferorum esse fauces. Virgil. 4. Georgic. Tænarias etiam fauces,
alta ostia Divis. Ibidem marmor Laconicum effodieba-
tur, coloris viridis, quod & à loco Tænarium cognominatur.
Propertius libro 2: Quod non Tænaris domus est mihi fulta
columnis.

**T**ænium, fuit urbs in Laconia, teste Hermolaus in lib. 9. Plinii,
à qua mulier poëtria nomine Herina ortum habuit. ¶ Fuit &
in Achæia urbs *τῆναι*: id est, Teneium, & Tenea vicus inter
Mycenas & Corinthum.

**T**ages, is, in Italia, Filius Genii, teste Festo, & nepos Iovis, qui ad-
huc puer XII. Hetruriz populos haruspiciam traditur do-
cuisset. De hoc Cicero, de Divi. scribit ad hunc modum: Tages
quidam dicitur in agro Tarquinensi, quem terra strarent, &
sulcas alius esset impressus, extitisse repente: & cum affatus
esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libro est Hetruscorum pu-
nili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius aspectu
quom obstupisset bubulcus, clamoremq; majorè cum admi-
ratione edidisset, concursum esse factum, totamq; brevi tent-
pore in eum locum Hetruriam convenisse: tum illum plura
loquutum multis audientibus, qui omnia ejus verba excep-
erunt, literis que mandaverint: omnem autem orationem fuisse
eam, qua haruspiciæ disciplina contineretur: eam postea
crevisse rebus novis cognoscendis, & ad eandem illa principia
referendis. Hactenus Cicero. Ovid. lib. 13. Metamorphos.
Indiae dixere Tagem, qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

**T**agesta, in Africa, oppidum, Divi Augustini patria. Plin.
lib. 5, cap. 4, *τῆγεστα*: Tagestense oppidum vocat.

**T**agrus, Mons in Lusitania, apud quem quædam equæ dicun-
tur à vento concipere.

**T**agus, in Lusitania, Ger. *Tagus* in Portugali, *Tagus* in Lusitania. Flavius
Lusitaniz aureas trahens arenas, Iuvenal. Quod Tagus & rin-
tila Pactolus volvit arena. Circa hunc fluvium (si Plinio credi-
mus) equæ flanti Favonio obversa animalem spiritum concipi-
unt, equosq; ita gignunt pernicissimos, sed qui tertia vice
annum non excedant.

**T**alaon, in Argolis, Filius fuit Iasii, & apud Argos regnavit, ut no-
tat Boccatius lib. 2, cap. 17.

**T**alasio, apud Romanos carmè nuptiale erat, & deus ipse nu-
ptiarum præses, quem Græci vocant *τῆλασιος*. (Germ. *Der
Gott der Jungferweyhe* vob *Hochzeiten*.) Martiali lib. 1: *Quid
si me jubeas Talasionem Verbis dicere non Talasionis? Hoc
est, Quid si me jubeas hymnos nuptiales aliis verbis, quam
nuptialibus cantare? Festus ex sententia Varronis Talasionem
traidit fuisse vocem nuptialem, novis nuptis boni omnis cau-
sa acclamari solitam. Quare autè ea acclamatione in nuptiis
uterentur, diversi diversa senserunt. T. Liv. libro 1, ab Urbe,
scribit in raptis Sabinarum Virginem unam longè ante alias
specie & pulchritudine insignem, à globo Talasii cujusdam
raptam fuisse, multisq; seiscitantibus cuisam eam ducerent,
identidem nequis eam violaret, Talasio ferè clamitatum: id-
coq; eam vocem nuptialem esse factam. Varro existimat hanc
vocem in nuptiis usurpatâ fuisse non alia ratione, nisi ut novæ
nupte ad opera & labores, & præcipuè ad lanificia excitaren-
tur. Talasionem enim vocabant qualillum sive calathum: hoc
est, vas lanificis aptum. Quam sententiam tægit & Plutarchus
in Problemata à Græcia hujus vocis originem repetens, qui lan-
nam *τῆλασιος* appellant.*

**T**algæ, insula in mari Hyrcano (ut Pomponius refert) sine cul-
tu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini popu-
li, quæ gignunt, attingere nefas, & pro læcilegio habent, dis-
parata existimantes, disq; servanda. Hactenus Meia. Ptolem.
libro 6, capite 9, Talea dicitur. Plin. libro 6, capite 17, in Caspio
mari vulgaram insulam Tazaram esse scribit. Variè igitur no-
men ut in sexcentis aliis, Vikula, Iktula, Tabireni, Tabarni, Ti-
bareni, &c.

**T**allius, in Sabinorum nominibus prænominis loco videtur
fuisse. Festus.

Talhybús,